

EPINICION
DEBORAE,

VERSIONE ET NOTIS ILLUSTRATUM,

Quod,

Auxiliante DEO,

Pro materia Disputationis,

PRÆSIDE

MATTHÆO HILLERO.

SS. Theol. Græcæque & Orient. Lingg.
Professore Publico,

Eruditorum examini subjiciet

ALBERTUS BECK, Ulmenſis,
Secundæ Laureæ Candidatus.

H. L. Q. C.

Ad diem Martij.

ANNO M D C C V I I.



TUBINGÆ,

Typis JOHANNIS GRÆTZII.

Coll. diss. A
52, 19.

a. L. 11. 19.

EPINICION

DEBORAE

VERSIONE ET NOTIS ILLUSTRATA

Auxiliante DEO

Præsidentis Dissertationis

PRÆSIDE

MATTHÆO HILLERO



22. Theol. Græcæ

Examinatus examini publico

ALBERTUS BECK, M. D. C. C. C. C.

Secundæ Laureæ Candidatus

M. D. C. C.

Altdorf

ANNO M. D. C. C. C. C.

44333 - 44334 - 44335 - 44336 - 44337 - 44338 - 44339 - 44340

TUBINGÆ

Typis JOHANNIS GRESCHERII

B



Ad

politissimi ingenii Juvenem,
DOMINUM ALBERTUM BECKIUM,

Magisterii Philosophici Candidatum
meritissimum,

MATTHÆI HILLERI, SS. Theol.

& LL. Oriental. Profess. Publ.

ALLOCUTIO.

Magna est expectatio ingeniorum,
quæ assiduitate, & flagrantissimo in bonas lite-
ras amore id consequuntur, ut primis stu-
diorum annis fructum laboris & ipsi ferant,
& qui doctrina eos excolunt, omnia sibi summa de ipsis polli-
ceantur. Ut enim, qui agriculturâ se oblectant, novella-
rum arborum fertilitate plus gaudent, quàm earum, quas in
vastissimos ramos longa dispandit ætas, & ex talibus primi-
tiis in spem futuræ ubertatis veniunt: ita majoris spei im-
pleant, qui studiis humanitatis ac literarum operati Juve-
nes, tempestivius ingenii sui fructus fundunt. Eorum esse
Te similem, PRÆSTANTISSIME BECKI, admodum lætor,
atque locuples industriæ & laboris tui testis sum, qui literas
elegantiores, & imprimis Hebraicas, divinorum sensuum
interpretes, consecraris, earumque notitiam pietate veluti
præsidio munis, maximoperè sollicitus, ne, quam in flore
spem dederis maximam, in fruge decipias. Neque me pi-
get, impensius laudibus tuis suffragari, quas augeri à te
scio, & maximorum Virorum autoritate comprobari gau-
deo.

¶

deo.


deo. Nam & Theologos, quibus hinc uteris Præcepto-
ribus, æquissimos profectuum tuorum iudices audivimus,
& imprimis rerum tuarum gnarus Philosophorum Ordo,
qui te frequentem in Collegiis ac Disputationibus habuit,
animi tui contentionem, studiaque & mores ad elegan-
tiam compositos publicis haut ita pridem testimoniis pro-
bavit. Istitis igitur dotibus & inclytæ Patriæ, munificentis-
simæ liberalium artium nutrici, & Nobilissimis Viris, stu-
diorum Fautoribus maximis, quorum indulgentiâ stipendio
frueris, quod levandis studiorum sumptibus legavit Majo-
rum pietas; & Parenti denique Te probabis, Viro de Ec-
clesia patria & sanctioribus literis immortaliter merito, cu-
jus vestigia ut impleas, &, quod ipse etiam voverit,
olim ut antevertas, maximè exopto. Da-

bam Tubingæ ad 24. Febr,

1707.



H
CWS



//
בשש

UT elegantissimo carmine, quod Debora Prophetis, post partam de Cananæis victoriam cecinit, lumen commodaremus, visum nobis est cum ea, quæ ipsi animadvertimus, tum quæ doctissimi Interpretum accuratiùs exposuerunt, versione & notis ad eam conjectis comprehendere: ea verò, quæ novè interpretamur, ut à Studiosis intelligantur, suis munita rationibus præmittere. Igitur in his, quæ nostro iudicio adhuc sunt scrupulosa, numeramus:

I.

Commatis decimî verba, על-מרין

Hic מרין vocabulum neque *judicium*, ut vult Chaldæus & R. Salomo, neque proprium urbis, uti Kimchius, neque, ut putavit R. Levi, viæ publicæ tunc non ignotæ nomen declarat. Non *judicia*, quoniam à פן judicandi verbo ipsum מרין nullâ analogiâ ducitur, neque aliud extat cognatum, à quo flectatur. Non est proprium urbis, quia Middin in deserto fuit urbs Judæ. Josu. 15. 60. 61. unde ad oppugnandum Siseram, nemo venit. Judæorum certè in toto hoc carmine nulla mentio. Non viæ nomen. gratis hoc fingitur, neque causa est, quare Viri illustres, qui nitidas equitarunt asinas, obsederint viam. Sed מרין vestes, tomices aut strata significat, asinis olim vel ornatûs vel commoditatis ergo instrata. Conf. Matth. 21. 7. Talia & equis imposita. Unde Virgilius VII. Æneidos memorat, Instratos ostro alipedes pictisque tapetis. Est enim מרין scriptum loco מרים ne in eam vox literam desineret, à qua inchoatur. Simile מלין pro מלים verba. Derivatam à מרה *mada*, quod affine est ejusd. significatûs verbo מרר *madad*, mensuravit. Ut n. vox ערים quæ remotiones denotat, est ab ערה re-

A

MOVIS

movit, non ab ערר sic מדים vel מדין est à מדה non ab affini
 מדיהם mensuravit, nec dubitare nos de eo sinunt collactanea מדיהם
 vestes eorum. 2. Sam. 10. 4. pro quo dici poterat מדיהם vel מדיהם
 vestes eorum, מדי vestimentum, ut שרי ager, vel mensuravit Do-
 minus, ut שרי Scharaj, solvit Dominus. Ez. 10, 40. Fuit Madai fil. Ja-
 phet. Gen. 10. Jam vestes dicuntur etiam toralia, pulvini, culcitæ, ut
 apud Ciceronem *stragula vestis*. Deut. 24. 13, 14. Quod si vir pau-
 per est, ne cubato in pignore ejus, i. e. in stragula, in strato, seu
 pulvino pro pignore dato, omninò restituito ei pignus ejus, quum
 occidit Sol, ut cubans IN VESTE SUA, benedicat tibi.

II.

Commatis undecimi.

מקול מחצצים בין משאבים שם יתנו צדקות יחיה צדקות
 Kol, sonitum פרזונו בישראל אז ירדו לשערים עם יהוה;
 & in specie Tonitru sonat, ut Psal. 29. 3, 4, 5. Koloth tonitrua. E-
 xod. 9. 23. מחצצים participium ex חץ nomine derivatum,
 quod sagittam, & figuratè fulmen significat. 2. Sam. 22. 15. Emit-
 tit fulmina, quibus dispergit eos; fulgur, quo fundit illos. Ps. 18.
 vers. 15. Emittens fulmina sua dispergit illos, & fulgura jaculans
 fundit illos. Psal. 144. vers. 6. Immitte fulgur, & disperse eos, emit-
 te fulmina tua, & funde eos. משאבים i. e. utres. responderet
 enim משאב Arabum voci mis'abō, quæ utrem significat,
 cujus Synonymon, s'abō, uter, & quidem majoris gene-
 ris. Figuratè Masch'ab, Nubem denotat, eundem scilicet sensum
 referens, quem nebel. Jobi 38. 37. Qui sapphirinas efficit
 nubes sapientia, & UTRES COELI prosternat? אשר pro שם
 Nihil enim ea pronominis ellipsi frequentius. Hinc, vel inde
 ex tonitru fulminantium. יתנו mercedem dabant, dependebant,
 rependebant, solvebant, ut Judic. XI. 40. לתנות לבת יפתח
 ut rependerent filia Jiphthachi Gilhadeni. Transferam
 igitur hunc versum; De tonitru fulminantium inter utres cæli, (vel,
 inter nubes aquis turgidas) ubi dependebant justissimas pœnas DO-
 MINI, justissimas pœnas paganorum ejus in Israëlitide,

III.

III.

Comma XIV.

ושֵׁבֶה:

Schurek è scheva natum censetur vocalis parva, nisi ad illud metheg, vel chatephata ad sequentem literam accesserit, cujus quidem lectionis exempla plurima dedimus Onomastici Via duodecima, p. 474. & 457. Chatephathach enim sub litera non gutturali admonet elementum scheva, quod alias quiesceret sub ש moveri. Non igitur legendum hinc Ufchbe neque Ufchabe, sed cum schèva mobili, Ufchebe.

IV.

Comma XV.

מני אפרים שרשם בעמלק אחריך בנימין בעממך מני
 Ex מכיר ירדו מחוקקים ומזבולן משכים בשבט סופר :
 Ephrajimo, i. e. ex Ephrathæis. Sæpè n. conditoris nomen pro posteris accipitur, ut hinc vers. 15. Jissacar pro Jissacaritis. Reüben pro Reübenitis. שרשם cum ellipsi pronom. pro אשר שרשם quorum radix est, i. e. qui radicem egerunt; בעמלק juxta Hamalek *montem*. Fuit in sorte Euphrathæa, in quo Pirhathon extabat, Patria Haddonis, filii Hillel, Judicis Hebræorum. Judic. 12. 17. In eadè tribu eodemq; monte, Ramam inter & Bethalem sedem fixerat Debora Prophetis. Judic. 4. 5.

V.

Ad Comma XVI.

: מִשְׁפַּתַּיִם מִשְׁפַּתַּיִם מִשְׁפַּתַּיִם מִשְׁפַּתַּיִם מִשְׁפַּתַּיִם מִשְׁפַּתַּיִם מִשְׁפַּתַּיִם
 Mischpethajim, sunt septa gregum. Emendanda hinc versio Græca, in qua librariorum vitio Gen. 49. 14. scriptum κλήρων pro κλήδων, i. e. septorum. Hesychius: κλήδεα φραγμοί. Legendum ergò deinceps: ἀναπαυόμενοι ἀνά μέσων τῶν κλήδων, qui requiescit inter septa.

VI.

Comma XX.

מִן שָׁמַיִם נִלְחָמוּ הַכּוֹכָבִים מִמְּסֻלוֹתָם נִלְחָמוּ עִם סִיסְרָא
 De Cælo, vel ex athere, pugnatum est, i. e. In prælia venerunt venti,

A 2

gran-

EPINICION DEBORAE

grandines, tonitrua, *Stella ex aggeribus suis pugnarunt*, i. e. ex nubibus, unde Sol, incensis radiorum virtute sulphureis ac nitrosis exhalationibus in Sisarianos fulmina velut ex aggeribus suis torquebat, Stellæ vel Sidera synecdochicè. Sidus vocatur Sol, Psal. 8. 4. Quum respicio Lunam & Sidera. Hiob. 9. 7. Qui ante Sidera obsignat viam, i. e. sistit Solis ac Lunæ cursum, Amos 5. 26. Bajulastis astrum Dei vestri, i. e. Molochi vel Solis imaginem.

VII.

Comma 21.

נחל קישון גרפם נחל קרומים נחל קישון תדרכי נפשי
 נחל קישון גרפם נחל קרומים נחל קישון תדרכי נפשי
 Kischon, i. e. in laquei morem flexuosus, nomine ex integro collactaneo מוקש טר derivato. Torrens iste Galilææ fuit, quem ex eodem argumento Græcè loquentes Pagida vocarunt cum Belo confusum, נחל קרומים i. e. Torrens occursum, sic dictus, quod Mæandri more sibi ipse occurrat. תדרכי נפשי עין Tendebas anima mea robur, i. e. intentum in pugnam animum tanquam arcum habebam.

VIII.

Comma 26.

יורה ליתר תשלחנה וימינה הלמות עסליו
 Neque verborum hîc est trajectio, nec תשלחנה tanquam pluralis de viribus Jaëlis interpretandum, nec illius terminatio cum terminatione vocum מַסְדְּרוֹנָה in proætonem, & פֶּרְשְׁרוֹנָה ad podisem, est comparanda. In utroque enim est Helocale, quod in verbo lo-cum non habet; neque נָה adjicitur carminis causa; nec denique תְּשַׁלְּחָנָה vitio scriberetur pro תְּשַׁלְּחָנָה solicitata puncta, quasi תְּשַׁלְּחָנָה ex תְּשַׁלְּחָה adjecto hæc mittebat eam. Figuratum quippe תְּשַׁלְּחָנָה ex תְּשַׁלְּחָה paragogico, unde natum תְּשַׁלְּחָה ex quo verbô, inserto Nun inter תְּשַׁלְּחָנָה & תְּשַׁלְּחָה excusum est תְּשַׁלְּחָנָה cum Nun, ut dictum est, epenthético,

תְּשַׁלְּחָנָה (תְּשַׁלְּחָה) תְּשַׁלְּחָה

VER.

VERSIO CANTIGI
CUM NOTIS.

I.

ET cecinit Debora 1. & Barak 2. Abinoami filius in hunc modū: 3.

II. Eò quòd ultus acerrimè est vicem Israëlitarum * ultrò se offerente populo, benedicite DOMINUM.

III. Audite Reges, 4. attendite viri principes: 5. Ego Dominum, ego canam, cantabo DOMINUM DEUM Israëlis.

IV. Quum prodires à Sehire, 6. quum procederes ab agro Idumæorum, terra concutiebatur, 7. simul coelum 8. stillabat: simul nubes stillabant aquis.

V. Fluebant montes 9. adventante Do-

A 3

re Do-

1. Prophetis ex tribu Ephrathea, non ut quidam, Naphthalea. Habitavit enim Harama inter Bethel et Bethalem. Harama civitas Ephrathea, Samue-
lis patria, 1. Samuel. 1. 19. 2: 11. 7: 17. que Ramatha Tzophæorum dicta, prorsus alieno loco in chartis vulgaribus posita. Bethel urbs Ephrathea, non, ut est in Mappis, Benjamitica. 1. Par. 7. 28. Josu. 18. 13. Quia sedes Debora haut nominatur, id argumento est, ignobilem fuisse locum, prædium suburbanum, aut villam.

2. Radeso - Nephthaleus. Judicum cap. 5. vers. 6. 3. Hebraicè קָאָמַר quod verbum, si latina moneta percussis, sonabit, his ipsis verbis, barbarè, his formalibus verbis. Testatur autor verbis ipsis, ut tradita nuncupataque sunt, canticum referri. * Quòd severissimè injurias persecutus est Israëlitarum. 4. Reges exteri, qui habitatis limites Philistæorum, qui Geschuraam, qui Cananitidem, australem, Sidonem, Gibilitidem atque Libanum colitis, atque omnes quotquot apud vos DEI populum conterere statuistis. 5. Quicumque populum gubernatis, justa sciscentes. Prov. 8: 14. 6. Quum, quo die legem laturus eras, amictus lumine procederes ab ea Cœli regione, qua Sehiris et Idumææ montibus imminebat. 7. Montes enim à presentia ejus subsilierunt velut arietes, colles ut subrumæ pecudes. Ps. 114. 4 7. 8. Cœlum, i.e. aer, quæ paruit. 9. Mons Sehiris, et montana Paranitidis effusis imbribus diffluere visa, vid. Habac. 3: 3.

10. Hebr. **וְיָסִינִי** pro eo, quod dixeris **וְיָסִינִי** **ἔσινᾶ**. Sina ille in adventum DEI videbatur liquefcere. 11. Qui bovis stimulo percussit sexcentos Philistaeos. 12. Metu hostium, diverticula querebant viatores, in anfractus à via regia deflectebant. 13. Hebraicè **פְּרוּזִין** pagus, desierant vel desolati erant pagi, loca scil. magnis munitiombus hant firmata. 14. Hebr. **שָׁמַח** cum pathach loco segol, ut in voce **שָׁמַח** quòd **ח**, nisi quòd Cametz ex pathacho natum propter dages ex **א** litera exclusum. Jud. 6, 17. 15. Non princeps aut Domina, Matris affectum testata solitudine, salubribus consiliis, precibus ad Deum pro salute populi fufis, denique hortatu ad cognitionem & reverentiam Numinis. Sic Propheta Patres, sic Sapiencia Mater Salomonis, Prov. 30, 1. Eccl. 7, 7. Sic Paulus Thessalonicensium nutrix. 1. Thess. 2, 7. 16. elegerat Israel, vel potior Israelitarum pars. **יבחר** verb. fut. temporis positum heic loco praeteriti imperfecti vel plusquamperfecti, ut Deut. 32, 10, 11, 12, 13. & alias. 17. Heri aut nudius tertius natos, qui à propinquo tempore venerant, quorum metu non horruerant majores eorum, venerati **דָּבַר** Jehova, qui & heri, & hodie, idemque in sempiternum. 18. **וְהִנֵּה** tunc vel hinc temporis adverbium. 19. **לָחֶם שְׁעָרִים** pro **לָחֶם שְׁעָרִים** maceph occulto, & **לָחֶם** pro **לָחֶם** propter dages elisum ex **א** elemento. Praterè subauditur **ב** litera, & **לָחֶם שְׁעָרִים** valet, quod pleniore dixeris locutione **לָחֶם בְּשְׁעָרִים** debellator in portis vel ad portas. 20. Apostrophe cum asseveratione aliquid affirmantium. Tantus quippe numerus inermium fuit, reliquis armatis, ut constat ex comm. 15. Judic. 4, Contudit Dominus, fulmine scil. ac tempo-

te DOMINO : Sinæus ille ^{10.} adventante Domino, DEO Jisraëlis.
 VI. Tempore Schamgaris II. filii Anathi, tempore Jahelis desierant viæ: 12. & qui triverunt semitas, itineribus ibant tortuosis.
 VII. Desierant in Israëlitide pagi, 13. desierant : donec surrexi 14. Debora, surrexi mater 15. in Israëlitis.
 VIII. Elegerat 16. Deos novos, 17. hinc 18. debellator fuit ad portas 19. mentiar, clypeus, si conspiciebatur, & hasta in quadraginta millibus Israelitarum. 20.
 IX. Animum adjicio meum ad eos,

eos, qui instruunt mandatis, qui sponte se offerebant: 21. Benedicite Dominum. 22.

X. Qui nitidas * equitatis asinas, qui stragulis vestibibus 23. insidetis, quique ambulatis per viam, 24. commemorate.

XI. De tonitru fulminantium 25. inter utres Cœli, 26. ubi dependebant justissimas pœnas Domini, 27. justissimas pœnas paganorum 28. ejus in Israëlitide. Hinc ad portas descendebat populus Domini.

XII. Excitare, Excitare 29. Debora: dic carmen! Excitare Barake, abige captivos tuos, 30. fili Abinohami.

XIII. Ex eo tempore Residuis Israëlitæ 31. potestatem permittit in magnificos in populo: 32. Dominus potestatem permittit mihi in fortissimos. 33.

XIV.

Chaldaeus: מִלָּתָא כְּבִינָא וְעִמָּר & lanamelatba vel agnina involucris vel storeis tecta. 23. stratis equinis: Viri primarij, Proceres gentis. 24. Homines plebeji, qui pedibus iter facitis. 25. Angelorum. 26. Inter nubes aquis turgidas. 27. debitas Domino, DEO Israëlis. 28. debitas paganis. 29. Age, Age, Hebraeum verbum Huri bis acuitur, idemq; bis penacuitur. quod se instigat quater, id non tam venustatis est, quam enixa voluntatis. 30. Trahe vinclos tuos. 31. Israëlitæ, quos hostium tyrannis fecerat superstites. 32. Nobilissimos; 33. Quorum virtutem dictis & consilio regerem.

statibus Siseram, & omnes illos currus totumq; illum exercitum, sternendum acie gladij ante Baracum, & ex comm. 16. Cecidit totus ille Sifara exercitus acie gladij: non relictus est, ne unus quidem. 21. Qui ultro militiam sequebantur: qui ultro venerant. 22. Quod animos vobis erexerit, hostibus fregerit. * Nitidas, candentes non suo colore, sed, quibus instratae erant melothis, b. e. ovium pellibus candidis cum lana detractis. Chaldaeus extulit: equitabant asinas, quae instratae erant versicoloribus stratis. Minus rectè. Quia Tzachar, conjugatum nominis Tzechorim, sine dubio candorem notat, Ezech. 27, 18. ubi LXX. verterunt, ἐξασσισβὰ, lanas candore suo nitentes, ipseque adeo

34. Te Barak 35. Nephthalitis. Istis, qui trans Jordanem Ephraimicis vicini. 37. In Thabor vel Itabyrium montem venerunt. 38. **מִי־קִי־וּמִי־לִי** qui modum pacis & belli faciunt. 39. qui literis milites ex agris & civitatibus ad bellum evocarunt. 40. **פְּלִי** Plurale absolutum, ut **חַלּוֹנֵי** fenestra, **אֲרָצֵי** agri, &c. 41. i. e. Principes Jissacaritarum. Talia: Mater in Israel, Magister in Israel. Joan. 3. 42. Hebr. **בְּרַגְלֵי** ut Jud. 4, 15. de Sisera: fugit pedibus suis. 43. Alij in Rivis, vel apud rivos. 44. Magnifice sentientes de omnibus, que statuta & deliberata cum animo habuere. Imprimis temerarium eis videbatur, Foeminam, facti Duce, tantis hostium viribus tam exigua & pene inermi manu occurrere. 45. Incuriosus ingentium periculorum, que fratribus imminent. 46. Sibila, quibus fogere greges pastores solent. 47. Hebr. **בְּחַקְרֵי** indagibus animi. Scilicet, persuaserant sibi Rubenita, esse se acerrimos in rebus judicandis, ceterosq; contribules facile prudentia & sagacitate quadam ad pericula prospicienda eminere & excellere. 48. Gilhadis posterii, filij Macir. Num. 26, 29. Quin & Gaditarum terra Gilhadis terra vel Gilhaditis appellata. Deut. 3. 50, 12, 13, 15. Zach. 10. v. 10. 49. Ad mare magnum, in qua parte celebris portus Joppensium, qui nunc barbaris Jafa vel Jassa dicitur.

XIV. Ex Ephraimicis illi, qui radices egerunt in Hamalek monte, sequuti sunt te 34. Benjaminitæ permixti popularibus tuis: 35. Ex Maciritis 36. descenderunt Imperatores, 38. & è Zebulunitis, qui stylo trahebant scriptorio. 39.

XV. Et Principes 40. in Jissacaritis 41. cum Debora, & Jissacaritæ, perinde, ut Barakus in vallem missi pedibus suis: 42. In partibus 43. Rubenitarum sunt magni institutis animi. 44.

XVI. Quid desides 45. inter septa audiendo sibila gregum? 46. Ad partes Rubenitarum magni sunt scrutiniis animi. 47.

XVII. Gilhadeni 48. ultra Jordanem habitantes, & Danitæ quare morabantur apud naves? 49. Asche-
ritæ

ritæ ad littus marium § 50. sedebant,
& apud ruinas suas § 51. habitabant.

XVIII. Zebulonem quod attinet, po-
pulus est, qui pudore animum suum
acuit § 52. ad moriendum, & Naph-
thalitæ in celsis agri.

XIX. Venerunt Reges, § 53. præ-
liati sunt, tunc præliati sunt Reges
Canahanitidis, ad Thahanacum, § 54.
ad aquas Megidduntis. § 55. frustum
argentum non acceperunt. § 56.

XX. De cælo pugnaverunt. § 57.
Sidera § 58. ex aggeribus suis § 59. pu-
gnaverunt contra Siferam.

XXI. Torrens Kischon volvit eos,
torrens occursum, 60. torrens Ki-
schon: Tendebas anima mea ro-
bur. 61.

XXII. Tunc obtuderunt calces
equi: 62. à plausibus suis, plausibus
fortium rectorum ejus. 63.

XXIII. Exsecramini Merozum, 64.
dixit Angelus Domini, 65. Exsecra-
mini exsecrando habitatores ejus:
qui non venerunt ad auxilium DO-
MINI, 66. ad auxilium DOMINI fa-
ctum in fortibus. *

B XXIV.

62. vel equorum. **D**IO enim collectivum nomen est. 63. Equo ter-
ram plaudente, rectoribus equum. Plaudere equum, & Papinius dixit.
64. Urbem. 65. non Barak, ut vult Chaldaeus, sed ipse DOMINUS, de quo
Moyses Exod. 23. v. 20. 66. Qui DEO suppetias & auxilium ferente non
venerunt, * inter fortes, h. e. Israelitas strenue pugnantes.

§ 50. Maris, puta Tyrii;
Sidonij, Palastini. Sede-
bant segnes metuq; mar-
centes. § 51. Ad pagos &
castella ab hostibus diru-
ta. § 52. Pudor ad pu-
gnam ita animos eorum
acuit, ut vitam & san-
guinem reddere, Dei &
fratrum causa, non du-
bitaverint. § 53. Reges
foederatarum civitatum,
ut amissa recuperarent.
§ 54. Megiddunti proxi-
mam urbem, non procul à
Thabore monte. 2. Reg.
4:12. 1. Paralip. 7. v. 27.
§ 55. ad Kischonem tor-
rentem, qui Megiddun-
tem præterlabitur. § 56. ni-
hil acceperunt isto bello
præter cladem. § 57. Ex
aere in prælium venerunt
pluvia, venti, grandines.
§ 58. Sol, Siderum princeps.
§ 59. è nubibus unde ful-
mina torquebantur.
60. Qui ipse sibi flexibus
sinuosis adversum venit,
vel, ipsam sibi se obviam
habet. 61. Quantum
potui animo contendebam.

67. Laudibus ante alias foeminas celebretur. 68. Kenæus dictus à Kajin, gentis conditore, quæ habitavit in Hamalekitide, 1. Sam. 15. vers. 6. posito in petris nido suo. Num. 24. v. 21. 22. 23. Jonathas Chaldæus, Kenæum vocat Salma'a, sive Salmaum. 69. Præ omnibus Kenitarum foeminis, quæ tentoria habitabant. 70. Laudetur fides ejus, & Zelus pro Deo. 71. Scypho argenteo, vel, ex auro gemmis distincto clarissimis, quem forte an ex fœderati Regis liberalitate habuit. 72. Lac recens & non pressum. 73. Sinistram. Simile: Manus mea fundavit terram, & dextera mea palmus expandit coelos. Jesai. 48. v. 13. 74. Hebr. אֲשַׁבַּח pro אֲשַׁבַּח trajectis literis derivatum à אֲשַׁבַּח spiravit. Innuitur spatium in adibus apertum, in quod aër infunditur, ut חַלּוֹן fenestra, per quam lumen. 75. Hebraicè חַכְמוֹת per ellipsin dictum videtur pro חַכְמוֹת חַכְמוֹת Sapiens sapientium foeminarum, i. e. sapientissimarum aliqua. 77. Hebraicè Lerosch geber: in caput viri, vel in virum quemque. 78. צִבְעוֹת colores, i. e. colorata vel conchyliata vestes. Neque enim ea atate pretiosior colos fuit.

XXIV. Benedicatur præ foeminis Jabel, 67. uxor Cheberi Kenæi. 68. præ foeminis in tentorio degentibus 69. benedicatur. 70.

XXV. Aquam petenti lac dedit: In simpulo magnificorum 71. obtulit butyrum. 72.

XXVI. Manum 73. clavo admovit, & dexteram suam malleo fabrilis: & contudit Siseram, vulneravit caput ejus, & altè inflixit, ac transverberavit tempora ejus.

XXVII. Inter pedes ejus incurvavit se, cecidit, jacuit: quo loco incurvaverat se, eodem cecidit profligatus.

XXVIII. Per fenestram prospexit, & vociferabatur Sifaræ mater per spiramentum: 74. cur adventum differt currus ejus? quid morantur progressus quadrigarum ejus.

XXIX. Sapientissima 75. principum foeminarum respondebant ei: Etiam illa referebat sermones suos ei.

XXX. Annon assequentur partenturque spoliū? puellam scilicet, imò duas in singula capita, 77. spoliū purpurearum vestium Sifaræ 87.

spoliū

חַכְמוֹת חַכְמוֹת per ellipsin dictum videtur pro חַכְמוֹת חַכְמוֹת Sapiens sapientium foeminarum, i. e. sapientissimarum aliqua. 77. Hebraicè Lerosch geber: in caput viri, vel in virum quemque. 78. צִבְעוֹת colores, i. e. colorata vel conchyliata vestes. Neque enim ea atate pretiosior colos fuit.

Spolium purpurearū operis acu picti
purpuram utrinque pictam, 79. ad-
ditam collarum spolio. 80.

XXXI. Sic pereant omnes hostes
tui Domine! at diligentes eum sint,
ut quum Sol oritur cum virtute sua.

lio de collis raptō.

Simile **הקמח בכר** pro
a. Reg. 17. v. 14. **כערי פרזות** &
tatum pagi. Esth. 9. v. 19.

79. *Picta purpura.* pi-
ctai vestis etiam Virgilius
mentionem facit. 80. He-
braicè **לצירי שלל** per
hypallagen pro **לשלל**
הצירים ad spoliū col-
lorum, i. e. adjectum spo-

הכר קמח *cadi farina.*

כפרזות הערים *sicut civi-*



I.

ARduus iste labor, qui tractat Cantica Sacra,
In quibus, ut constat, copia magna latet.
Ast Tua, mi BECCI, superat solertia quæque,
Et perrecturo præmia digna parat.

Hisce Præstantissimo Domino Candidato,
Amico suo singulariter colendo, ani-
mitus gratulatur

Marcus Wollaib / SS. Theol. Stud

II.

כי אתה מראה בשיר דבורה
חפץ ולהג הרבה בתורה:
על דנה כל-עדת הבחורים:
שבח של רב קמחי המעשים:
אף יהיה ברכת השם עליך
מצליחה הדרך ומעשיך:

Paucis hisce Clarissimo Dn. BECKIO,
Amico suo æstumatissimo, de pro-
ximè capeendis honoribus Mag:
gratulari debuis

Jo. Fridericus Buhl / SS. Th. Stud.
Wimpina. Suevus.

B 2

Fla


III.

Flagranti curâ Musis incumbis Ebræis,
Successusque bonos sentis in ore tuo.
Ut nunc, mi BECCI, sophicam conscendere sedem
De Cantu Deborahæ vera docere queas.
Hinc pergas alacris studiis è pectore grator;
Laus erit in cœptis sic pia fama Tuis.

Hæc

Clarissimo Domino Candidato Re-
sponfuro, Fautori & Contuber-
nali suo amicissimo, conjun-
ctissimo, gratulabundus
adposuit

Georgius Glozeys, Ulmens.
SS. Theol. Stud.



Coll. diss. A. 52, misc. 19